Musica tolta da i Madrigali
di Claudio Monteverde e d'altri autori
a 5, et a 6 voci
E fatta spirituale da Aquilino Coppini
Milano 1607.
Quinto.

QVINTO.

MVSICA

TOLTA DA I MADRIGALI
DI CLAVDIO MONTEVERDE, E D'ALTRI AVTORI,
A CINQVE, ET A SEI VOCI,

E fatta spirituale da Aquilino Coppini Accademico Inquieto

Con la Partitura, e Basso continuo nella Sesta parte per i quattro vltimi Canti à sei.

All'Illustriss. & Reuerendiss. Sig. il S. Cardinale Borromeo Arciuescouo di Milano.



Giulio Vimercati

IN MILANO, Appresso Agostino Tradate. 1607.
Con licenza de' Superiori.

E


FEDERICO BORROMÆO
CARDINALI AMPLISSIMO, ET MEDIOLANI ARCHIEPISCOPO VIGILANTISSIMO.


Aquilinus Coppinus Academicus Inquietus F. P.


LITTERARVM studia è somno excitare, & Dei cultum, puramq; religionem prouehere, Cardinalis amplissime, Ecclesiastici Principis munera sunt: quæ duo vim habent miram, si coniuncta. Ipse quidem melioribus imbutus studijs cæteros ad ea vel amplectenda, vel intermissa reuocanda inuitas, impellisq;, extructa in hac vrbe opere magnifico Bibliotheca ad publicam vtilitatem, & annuis redditibus ad alendos in ea multiplicis doctrinæ viros locupletata. Multa codicum millia cum manuscriptorū; tum editorum linguarum omnium summo sumptu iam videmus hinc inde congesta: ac ne quid deesset, superioribus mensibus Gratiamaria Gratius, & Antonius Olgiatus viri ob præclaram eruditionem, & morum suauitatem tibi inprimis chari ad conquirendos probatissimos quosq; libros iussu tuo digressi, totam ille Italiam, ac præsertim magnam Græciam; Germaniam hic, Belgium, Galliam peragrauit, quorum reditu quanta Bibliothecæ sit facta accessio librorum, incredibile dictu est. nunc Gratius eandem ob causam Byzātium in Thraciam proficiscitur; Salmatius in montem Athon, vbi auctore Petro Bellonio manuscriptorum Codicum ingens numerus. Is vlterius quoq; est progressurus ad Syriæ, & Armeniæ Cœnobia. Fortunet Deus tā gloriosas tuorū peregrinationes. audio, multa volumina ex vlteriore Asia, Africa, & vltimis terrarū oris expectari. iam enim fama de tanta mole, atq; opere. Trans Garamantas, & Indos, *trans Caucasum, & Sinas percrebuit. Hæc verò amplissima Ciuitas, quæ tuo beneficio feret multò vberiorem doctorum hominum segetem, tantam magnificentiam gratissima memoria prosequetur, quique in posterum aut videbunt tale monimentum, aut audient, tuā istam de Patria benemerendi voluntatem veris laudibus prædicabunt. Diuinus porrò cultus Mediolani tua pietate, & vigilantia ita floret, vt inde exemplum petant ad imitandum finitimæ, & remotæ gentes. cætera omitto. Apparatus Templi maximi, ardentium luminum fulgores, cerimoniarum solennis vsus, varij Clericorum, & Sacerdotum ordines, purpurati Archiepiscopi in throno considentis maiestas & sexcenta alia Hierarchias cœlestes, & illud ipsum Dei altissimum domicilium repræsentare videntur. Gratum quidem Deo marmoreum istud Templum Artis miraculum, grata donaria, & tabellæ argen-*


ra, atq; pictæ immanibus affixæ columnis. Sed ne totus quidem Mundus, vt ait Philo, ad templum in honorem eius sufficiat. præstat igitur laudibus illum, hymnisq; coler. cum enim Deo nil magis proprium sit, quam benefacere, nos certè nihil magis decebit quàm gratias agere, & laudes tribuere Deo; præsertim cum nullam aliã rem, quæ nostra, & in nostro arbitratu sit, rependere poßimus, ipsius cætera sint, quæ offeruntur. hinc ortum est initio genus canorum, & musicum; hinc templa personare cœperunt vario diuinarum laudum concentu cum actione gratiarum. rectum namq; videbatur, & pium laudes canere Dei, qui vnum hominem vocem inflectere articulatè voluisset atq; omnibus eum beneficijs ornasset. Ad Religionem ergò referatur Musica: quæ si vllo vnquam tempore in Aede Metropolitana viguit, tuis certè auspicijs, Cardinalis amplißime, ita nunc viget vt nulla sint tam fera corda quæ vocum & sonorum suauitate non deliniantur, & in cœlum ad æternum Numen celebrandum, optandumq; non subleuentur: in quo non exigua sanè laus Iulij Cæsaris Gabutij Musicorum Præfecti studio debetur. irrepit in animos harmonia, & liquidisßima eos permulcens voluptate rerum optimarum excitat cupiditatẽ. Norunt hoc Ciues, & peregrini, qui capti quasi Cycneis modulationibus frequentisßimi in Templum cõueniunt, diutisßimè in eo versantur, ore, & animo diuinas laudes prosequẽtes. habet hoc etiam Musica, vt humanos affectus maximè temperet, & labores leuet. Achilles quidem iram Musicæ opera, quam à Chirone didicerat, concoquebat; & Arcades asßiduos in colendis agris labores, vitæ asperitatem, moresq; austeriores hac quasi dulcedine molliebant. Contrà Cynethenses abiecta Musicæ hæreditate, quam acceperant à maioribus, in eam breui feritatem prolapsi sunt, vt omnia crudelitatis exempla ederent. Sed cogor præterire, quæ dici possent, tum quia tibi nihil est obscurum; tum ne longius progrediatur epistola. illud vnum dicam, à templis, atq; ab honestisßimis rebus paullatim ad theatra, & ad omnem hilaritatem Musicam fuisse traductam, quod maximè nostra hac tempestate videmus esse factum. neque enim magis cantatur in templo Deus, quàm in Theatro & Aula Cupidines. Vt tamẽ multa templa inanibus olim Dijs dicata veri Dei cultum nunc habent: ita mollior hæc Musica potest fieri melior. expertus ipse sum æstiuis hisce caloribus, dum Modulos quosdam ad leniendos studiorum labores ex præstantisßimis auctoribus collegi, ac ijs verbis expreßi, quæ fortasse non sine iucunditate ad Dei gloriam poßint in isto Templo tuo quandoq; audiri. Illos ego modulos libenter compresßissem, ni Michael Angelus Nantermus iuuenis Musices apprimè studiosus mihi persuasisset, vt emanare permitterem. emanant igitur, sed Nomini dicati tuo, vt inde aliquid ponderis accipiant, & plausus, quod per se non sunt habituri. Accipe munusculum, leue illud quidem sed obseruantiæ nihilominus in te meæ certisßimum argumentum. Interim precabor Deum, vt te Pastorem vigilantisßimum Gregi suo quàm diutisßimè conseruet incolumem. Mediolani Nonis Septembris. M. D. CVII.






D Eus Deus noster fidelis, iudica causam tuam, ir-
ritat inimicus nomen tuum, Deus Deus noster fi-
delis,iudica causam tuam, iudica causã tuam, irritat inimicus nomen tu-
um Tu tu dirupisti fontes, tu dirupisti fontes, Solem & Auroram for-
masti,Solem & Auroram formasti, Solem & Auroram formasti: contribulasti
cete, tu confregisti capita draconum:contribulasti cete, tu confre-
gisti capita draconum,cõtribulasti cete, tu confregisti capita draco-
num,tu confregisti capita draconum,contribulasti cete, fregisti capi-
ta draconum.


Q Vi pependit in Cruce Deus meus,Qui pepẽdit in Cruce Deus
meus. liberat me potenter, liberat me potenter de persequentibus me,
ne quãdo rapiatur cœlum mihi, ò mirã charitatem & ardorem qui nesci-
sebat mortem subijt mortem, vt me deduceret ad regna sua, regna
cœli excel si: ò clauos atroces sine pietate, vulnera tua sunt mi-
hi medicina saluta ris,non ego fundam lachrymas amaras? vulnera
tua sunt mihi medicina saluta ris, non ego fundam lachrymas amaras?
non ingemiscam Deus Deus meus qui sceleribus meis effeci plagas tuas?
non ingemiscam Deus Deus meus,qui sceleribus meis effeci plagas tu as?



P
Vlchræ sunt genæ tuæ, Pulchræ sunt genæ tuæ,
amica mea soror mea spon sa oculi tui
sicut Columba rum, ò pulcherrima Virgo
vulnerasti cor meum vulnerasti cor meum sponsa me a in
vno cri ne tu o, vulnerasti cor meum vulnerasti cor
meum Columba mea vulnerasti cor meum, vulnerasti cor
meum, Columba mea, vbera tua sicut botri Cypri, & vt hinnuli
duo gemelli Capreæ, qui pascunt flores, & vt hinnuli duo gemelli



capreæ qui pascunt flores: quã pulchra es, quã pulchra es, &
specio sa Virgo: coronabere, veni de Libano, amica
mea veni: veni de Libano, Columba mea: tui dentes, vt oues
de lauacro, & labia stillantia vnguen tum, & labi-
a stillantia vnguen tum, veni de Libano, formosa mea; tui den-
tes, vt oues de lauacro, & labia stillantia vnguentũ, & labi-
a stillantia vnguen tum.


Tabat Virgo MARIA męstissimo dolore lan-
guens ad Crucem, & flebat amare, languēs ad Crucem,
& flebat amare, Et edidit ex ore tales voces quis te confixit in hoc
diro ligno? Fili mi Fili mi IESV Christe en liquefacta lan-
guet, en liquefacta lan guet Fili mi Fili mi IESV Christe, Fili
mi IESV Christe en liquefacta lan guet, en liquefacta languet, &
soluitur in lachrymas amoris anima mea dolens: en langueo.
en langueo en morior dolore, en langueo, en morior
en morior dolo re. en morior dolore.


Pernit Deus cor du rum, quod nulla pie-
tate moueatur, quod in duritie sua læ-
te tur. Visne frui pio eius amore, gloriosasq;
sedes possidere? frange duritiem pectoris tui, pietatemque
cole. Quod si persistere vis in pecca to fiet rigida ti-
bi maiestas illa, & condemnabit animam tuam inquinatam, tuq; su-
bibis miser ignem æternum, ignem æternum, ignem æter-
num, ignem æternum.


Onfitemini Deo, & inuocate nomen,&
inuocate nomen sanctum e ius, Confi-
temini Deo, & inuocate nomen,& inuocate nomen sanctum
e ius: Cantate e i omnes gentes terræ, & exal-
tate eum omnes tribus; Cantate ei, omnes gentes ter-
ræ, & exal tate eum omnes tribus, omnes tribus.


An cta MARIA quæ Christum peperisti Vir-
gine: ma sine labe pudoris volue serenos, volue se-
renos volue serenos vol ue volue oculos illos tuos misericordi-
æ, & pie tatis in homines qui tibi sunt deuoti, dulcis Virgo MARI-
A tu maris tumidi refulgens Stella, tu decus Paradisi, tu rosa
vernans pudicissima Virgo,& lilium suaue bonum est te a-
mare, quæ non sinis perire, ò Virgo benedicta, duc nos ad glori-
am Regni cœlestis ò Virgo benedicta duc nos ad gloriam Regni cœ-
le stis.


MARIA MARIA qd ploras, quid ploras ad
monumen tum? quænam fuere tibi causa dolo-
ris? quænam fuere tibi causa doloris? crucifi xerunt amo-
rem me um, & occiderunt eum, qui mihi dedit vi tam abster
ge cadentes lachrymas, nuitis perfidis Iudæis, inuitis perfidis Iu-
dæis ille viuit & viuet in æter num & possidebis eum,
ille viuit, & viuet in æter num, & possidebis eum, & possi-
debis eum.



TE IESV Christe liberator meus reuerenter a-
doro vulneratus es, mihi vt des vi tam:
vulneratus es, mihi vt des vi tam claui tibi foderunt pe-
des, manus amabiles, manus amabiles, cuspide sæua feriere
te, feriere te cuspide sæua, teterrimi ministri, impie ausi
sunt ferire pectus: sic mira pietate redemisti me Christe tu-
a mor te: tu vero vulnera cor meum du rum telo a-
moris tu i.



Quam inanes. Qui labimur in vanitates, & impios a-
mo res; O quàm inanes gres sus
nostri, qui labimur in vani tates, & impios amores: quid tituba-
mus cæci? quid titubamus cœci, & perdimus æterna vt terrestria
bona fluxa retinea mus? & similes ferarum ni nascimur in
vitam sempiternam insani sumus, insani sumus, & similes fe-
rarum, ni nascimur in vitam sempiternam.



Anctissima MARI A sis aduocata me-
a in hora mortis me æ: Sanctissima San-
ctissima MARI A sis aduocata mea in hora mortis
me æ, da mi hi tuam opem, Regina gloriosa Para-
disi, Regina gloriosa Paradisi, ego inops, & miser in te
spero, quã scio esse fontem pie tatis, quã scio esse fontem
pie tatis: ego inops, & miser in te spero, quã scio esse fontem
pie tatis, quam scio esse fontem pie tatis, quã scio esse
fontem pie tatis.



M
Oritur in ligno Dominus noster, & ille
Patris splendor obscura tur: Moritur in ligno
& ille Patris splendor obscuratur: deficit lu men Solis, deficit
lumen Solis: deficit lumen Solis, & mortui resurgunt, ò splendor
gloriæ, sic nos amasti: & mortui resurgunt, & mortui resur-
gunt, & contremiscit terra: sic nos ama sti, sic
nos a masti.



E
Rgo ne vis abire Fili, Ergo ne vis a-
bire Fili, & linquere parentem tuam? pa-
rentem tuam IESV ò care Fili IESV ò care Fili quid me
linquis in tam graui dolore? Ah, & mortem Crucis?
mors amara nimis: ò mors amara nimis. Ah, & mortem Crucis?
mors amara nimis. ò mors amara nimis.


Vauissime IE SV splédor æ-
terni Patris gloriaque beata Paradisi. Sua-
uissime IE ó SV, splendor æterni Patris, gloriaque be-
ata Paradisi, in te spē meam pono, qui potes, qui potes me bea-
re in sedibus æternis, in sedibus æternis: da mihi vitam illam, da
mihi vitam illam, da mihi vitam illam in regno tu o, Su-
auissime IESV, Suauissime IESV, da mihi vitam illam, da mihi
vitam illam in Regno tu o, in Regno tuo sua uissime IE-
SV, sua uissime IESV.


Vlce est, & iucundum seruire Domino, deuoto
corde Dulce est, & iucundum seruire Domino de-
uoto corde, atque erigere velocem men tem, velocem men-
tem ad sydera, & cœlites beatos: er-
go anima mea tolle moras, propera propera facere bonum prope-
ra propera facere bonum fac sis dilecta Deo, vt iubiles in gloria
æterna, fac sis dilecta Deo, vt iubiles in gloria in gloria æ-
ter na vt iubiles in gloria in gloria æter na, vt iubiles in
gloria æter na.



V Re me Domine amore tuo,
quem fecit amor mori, incende me hoc i-
gne ò IESV liquescere me ve lis, liquesce-
re me ve lis; fugiat omnis amor me-
i à me, fugiat omnis amor me i à me
fugiat omnis amor me i à me, ò
IESV anima mea lan guet, anima mea lan-
guet, iam rapior amore tu o


dulci iam rapior amore tu o dulci,
iam rapior amore tu o dulci, amore
tu o dulci.


G Loria tu a
Gloria tua Gloria tua Glo ria tu-
a Gloria tua Gloria tua manet in æternum, manet
in æter num.


A Rtifex mirus es æterne Deus, Tu cardi-
nes cœlorum solidasti, Tu cardines cœlorum solida-
sti, tu lumen fulgens tribuisti Soli, & Lunæ cursum circũ terræ glo-
bum, tu Iridem formasti discolorem; per te facti sunt rores, & pru-
inæ; terra terra gramine per te conuestitur labuntur a-
quæ, labuntur aquæ, montibus opacis, montibus opacis per te fa-
cti sunt rores, & pruinæ, terra gramine per te conuestitur, labuntur
aquę, montibus opacis.


Iues in corde meo Deus me-
us, nec te dimittam: Tu
tui me vulnerabis pharetra a-
muris Deus me us te quæso contine in meo corde in
meo cor
de la ua quæ macula-
runt anima n, incende frigiditatem meam flamma tua vt te
di ligam sem-
per, & super omnia quæ sunt aman da Fru-


ar bone IESV amore tuo. Fruar bone IESV, amore tuo,
amore tuo, amore tuo, & super omnia quæ sunt amanda,
Fruar bone IESV Fru ar bone IESV amore tuo, Fruar bone IE-
SV amore tu o.


B
Onum est, & suaue Bonum est & suaue
amare Dominum, amare Dominum, qui nos
amauit, & nos à nexibus soluit peccati, soluit pecca-
ti, & lauit sordes nostras, sua morte, IESV, IESV, ò IESV te
sectamur, ad te conuertimur, IESV IESV ò IESV ò IESV
te sectamur, ad te conuertimur ad te conuertimur, qui solus es,
amandus, & adorandus & adorandus cũ sancto Spiri-
tu, cum Deo Pa tre, cũ sancto Spiritu cum Deo Patre.


V
Eni Veni noli tardare Veni
noli tardare, Veni in hortum soror mea spon-
sa, immaculata mea, & speciosa mea, & speciosa mea,
noli tardare floruerunt vites floruerunt vi tes, in
terra nostra, floruerunt vites, floruerunt vites, flores apparu-
erunt in terra nostra, floruerunt vi tes, floruerunt vites,
floruerunt vites, floruerunt vites.


NOn E confide in forma generosa, neque
neque spem tuam pone in volubilitate in
volubilitate diuitia rum, sperne prudens honores popula-
res; qui dilabuntur, vt in Sole niues, nec satiare queunt sitim
tuam, qui dilabuntur vt in Sole niues, nec satiare
queunt nec satiare queunt sitim tuam.


CAntate. In exultatione in voce tubæ, Can-
tate laudem Deo in exultatione in voce tu-
bæ, & psallite cantate canticum nouum & canite cythara
Domino nostro, canticum nouum, & canite cythara Domino nostro,
& psallite cantate canticum nouum, & canite Deo canticum
nouum, & canite cythara Domino nostro cum iubilo cordis.

FINIS.

TAVOLA.